

CRUSIUS, BENEDICTUS OLAI

Oratio an tyrannus a quovis jure et
impune possit occidi : (Greifswald 22
dec. 1616)

1617

EOD - Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 12 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
 - Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
 - *Sök:** Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
 - *Klipp & klistra:** Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).
- *Ej tillgängligt i varje e-bok.

Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkor för användning: <https://books2ebooks.eu/csp/sv/nls/sv/agb.html>

Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 40 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Sök böcker tillgängliga för den här tjänsten: <https://search.books2ebooks.eu>
Mer information finns tillgängliga via <https://books2ebooks.eu> boken.

CRUSIUS

F1701

Ba 727

Lu. Linn. li.


Fine 1700

lett. Nyblat.

lett. Tale

(1700)





ORATIO
ANTYRANNUS
A QUOVIS JURE ET
IMPUNE POSSIT OC-
CIDI

*De Consensu Ampliss. Facultatis Philosophica in
Illustri Pomeranorum Academia Gryphiswaldensi,
consedente Excellentiss. Nobiliss. & Literatiss. tam
Professorum quam Studiosorum corona, in audi-
torio majori 22. Decemb. Anni 1616.
publicè proclamata*

BENEDICTO OLAI CRUSIO
Orebrense Sueco,

Claud. de 4. Honorij Conf.

Qui terret, plus iste timet, sors ista Tyrannis
Convenit invidiant claris fortesq; trucidant,
Muniti gladijs vivant, septiq; venenis:
Ancipites habeant artes, trepidiq; minentur.

GRYPHISWALDIÆ

Per Augustinum Feiberum, Anno M. DC. XVII.



*Litteris in
politissimis
Dr. Jan
consobrinis
excogitatis*

Ben

VIRIS

Amplissimis, Prudentissimis & Spectatissimis

Dn. JOHANNI HENRICI **Bäck**/Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Domino, Dn. GUSTAVO ADOLPHO, Suecorum, Gothorum, Wandalorum Principi hæreditario, & Regi designato, à rationibus nunc in Finlandia fidelissimè inservienti.

Dn. ANDREÆ BENEDICTI, Illustrissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Dn. CAROLI PHILIPPI, Regni Sueciæ Principis hæreditarij, & Ducis Suderm. Nericia & Wermoland, &c. super **Estelsstogo** & totum adjectum territorium Prætori dignissimo.

Dn. CHRISTIERNO HENRICI **Bäck** itidem Sereniss. Regiæ Majest. à vectigalibus Metropolis Finlandiæ **W D** Præfecto industr.

Dno. Parenti, Mecænati, Patruo omni pietatis & observantia cultu æternum colendis

In perpetuum debitæ gratitudinis & observantia signum.

Oratiunculam offero d. d.

Benedictus Olai Krusius, Orebro.



Difficile est, Magnifice Dn. Rector, Spectabilis Dn. Decane, viri Reverendi Amplifs. Consultifs. Clarifs. & Excellentifs. Præceptores, omni observantiæ cultu colendi, debita animi submissione & reverentia venerandi : Vosq; cæteri qui adessis, generis splendore, virtute, omnijugâ rerum scientia præstantes commilitiones;

difficile est, inquam, eum, qui forti, intrepido ac ingenti animo Tyrannum occidere ac mori simul proposuerit, à suscepta sententia, & ab inferenda injuria prohibere. Id quod exempla testantur, nullos corporum stipatores, Lateraneos & apparitores, qui aditum ad Tyrannum quærentibus perumperent : nullas cohortes prætorias : nulla munimenta : nulla abdita loca : atq; adeò nullam imperij vim Tyrannum è manibus in ejus necem conspirantium eximere, nec Tyrannicidam ab incepto deterrere potuisse. Pausonias certè, ut refert Justinus, nobilis Macedonicus Adolescens Philippum Macedoniæ regem inter duos Alexandros filium & generum gradientem obtruncare non verèbatur, toto fermè spectante exercitu. C. Mutius Scævola, Porsennam Hetruscorum regem Patriæ libertatem oppugnare graviter ferens animo atq; audacia regem quasi Patriæ Tyrannum ulciscendi impletus, abdita intra vestem ferro in hostium castra præfectus, Legatum juxta regem pari fermè ornatu sedentem in confertissima turba pro rege confodit. Eadem animi audacia Lazari Serviæ Despotæ domesticus Turcarum Imperatorem Aumurathem hujus nominis primum, inter medias Legiones & Janitzaros, prætorianos suos milites, indignam sui Domini necem vindicaturus, quamq; se sciret certam adire mortem in teremit. Innumera id genus exempla recensere possem, si in audiendo vestra abuti patientia vellem. Quapropter ego forte inanem sermonem instituerem, & uti ajunt, operam & oleum perderem, si Oratione in Suasorio genere instituta, eum Tyrannicidam,

Bod. lib. 4.

lib. 9.

Liv. lib. 2.

Pent. lib. 5.

nicidam, cui non minus animi ad mortem quam eadem est, quiq; supplicio quoq; perire pro nihilo ducit, dummodo quem cupit tollere potest hortari, ne manus sanguine Tyranni polluat, tentarem. Verum cum id officij mei non esse, nec necessitatem postulare video, libenter tacitus prætereo: hanc saltem veniam detis precor, & quanto possum studio peto, ut Scholastico saltem more, Veritatem sua natura obicuram, hujus gravissimæ quæstionis, de qua controversum est hodie maximè inter Prudentes & doctos viros, Oratione inquiram dicastica:
E Medio nec ne is qui Tyrannus est, & qui Tyrannicè imperat tollendus, an vò Tyrannidi ut occurratur ad alia confugiendum sit medi a.

Idem mihi in hac longe gravissima & difficillima materia evenire video, quod viatoribus in bivis incidentibus accidere solet: Ut enim hi incerti atq; dubij redduntur, quamnam potissimum viam ingrediantur, idq; tum maximè evenit, cum aliqua Sylva prospectum eripit: condensantur arbores: impedimenta alia obijciuntur: Ita & ego quo me veram in quorum potissimum sententiam pedibus eam minime reperio, dum utriusq; partis defensorum sententias probabiles, rationes non exangues, æqua, utpotis sũ pro ingenij tenuitate, rationis pondero lance: hic verè Sylva arboribus conferta densissimis est sententiarum scilicet diversitas; hic plurima & maxima offeruntur impedimenta, quæ me facile deterrerent, & ad silentium vocarent, nisi vestro auditores inniterer æquo judicio; Quorum hoc non minimum, quod nullus dubito, quin, quo tandemcunq; me convertero, & cuiuscunq; parti suffragium & calculum dederò, contrariæ factionis gravem subire censuram cogar: & arrogantiæ arguar, quod hac longe augustissima in corona, tenuitatem ingenii non satis accuratè considerans, dicendi partes in me suscipio: & quidem ea dere, quæ juvenilem excedit captum, & quam per Transennas, quod ajunt, vix aspicere homini juveni licuit.

Verum quò hæc me parum deterrant, animi conatus facit, cum disserendi hæcæ exercitationes non ad aliquam vel ingenij, vel Do-

vel Doctrinæ vel dicendi facultatis ostentationem: sed idcirco
 iustitias scio, ut urgente necessitate in literatorum & prudentiū
 congressu, populi frequentia de rebus utilibus & serijs negocijs
 verba facere discamus, De quæstione itaq; allata, non dico sen-
 tentiam, iudicium enim non sessurus, sed opinionem probabilio-
 rem, ita tamen ut ad rei veritatem proprijs collimet, proferam,
 idq; alacriter si, quod facturos vos mihi plane persuadeo, utq; fa-
 ciatis maximè regatos habeo, temporis mihi non admodum
 quidem longi usuram, benenolentiam tamen largiri volueritis
 in audiendo. Tyrannum ab universis & singulis optimo iure
 occidi posse, tam leges & antiquorum scripta, quæ præmia maxi-
 ma Interfecto-ribus proposuere, honores divinos Tyrannicidæ
 concessere, quam Exempla probare videntur. Quid enim ma-
 gis antiquitati usitatum fuit, quam è medio tollere Tyrannos,
 non secus atq; immanes & indomitas bestias, quibus eos assim-
 lavit Bion, qui sciscitatus, quod esset ex omnibus animalibus pe-
 niciosissimum; Tyrannus respondit. Septem Persarum Princi-
 pes Smerdem Magum pro vero Smerde à Cambyse fratre inter-
 empto se jactante trucidarunt, ut Persas fœdo dominatu libera-
 rent: Thrasibulus 30. tyrannos, Athenis devictis à Lacedemo-
 niensibus impositos sustulit: Pelopidas eodem animi consilio,
 fortitudine non dissimili, si modo fortitudinis nomen meretur
 nudacia, pariq; fortuna suam Patriam à Tyrannide Lacedemo-
 norum vindicavit. Quid Leges cum Græcorum tum aliarum
 gentium referam? quæ non solum de tyrannis impune necandis
 deq; morte illis iuste inferenda, sed honoribus & præmijs am-
 plissimis Tyrannicidæ decernendis præcipiunt: qualia sunt No-
 bilitatis stemmata, Statuæ, imagines in publicis locis, bona
 deniq; ipsius Tyranni. Harum legum unam meminit Cic. 2.
 juvent. Qui Tyrannum occiderit Olympionicarum premium accipito: &
 quam rem sibi velit à Magistratu deposcito: & Magistratus ei concedito.
 Quin & pro Milone affirmat, græcos homines Deorum honores
 tribuisse ijs, qui Tyrannos necaverunt. Quæ ego, inquit, Vidi Athenis:
 quæ alijs in urbibus Græciæ: quas res divinas talibus institutas viri: quos
 cantus: quæ carmina? prope ad immortalitatem & religionem & memoriam
 conse-

Hero. lib. 3.

Thucyd. l. 8.

Plur. in Pel.

consecrantur. Hercules & Theseus, alijq; Strenui viri & Heroes, non aliunde famam celebrem nomen immortale affecti sunt, quam ex obruncatione Tyrannorum. Primæ in foro statuæ Athenis Hermetio & Aristogitoni positæ fuere, uti refert Arist. quod hi priini tyrannidem sustulissent.

*In Hercule
furente.*

Quippe quod nullam victimam, secundum Senecam, amplio-rem magisq; opimam Iovi mactari potuisse putarunt quam regem iniquum vel Tyrannum, quem angue & Cane pejus odertunt. Atq; si ad legem naturalem oculos converterimus, idem nobis natura suggerere, idem naturalis nostri nostrorumq; Defensio exigere videtur: Quis enim tanquam iniquum illud naturæ jus æquissimum dixerit? vim vi repellere licet. Ideoq; Commodum Tyrannum Mariæ ejus Concubina occidi curavit, quod se eorum numero comprehensam intelligeret, quorum nomina tabulis inscripta fuere, quod manifestum signum mortis erat. Macrinus Caracallam, dum Papiniani jam occidendi administrationem, scilicet stultissimum fore, qui in suum subrogaretur locum, nisi appetitam crudeliter præfecturam vindicaret, sibi corde esse sivit, prævenireq; antequam præveniretur cupiens ex insidijs adortus occidit, nec injuria hoc fecisse videntur, cum natura fugere vel tollere jubet quod inimicum est: Apes fucos expellunt & trucidant: Canes ignavis leporibus sunt invisit Oves lupi conspectum fugiunt: à Leone cætera animalia procul sese removent: idq; inde fit quod naturæ quasi ductu perniciosam atq; inimicam sibi tyrannidem fugiunt.

*lib. 2. pol.
cap. 8.*

Hæc aliaq; his similia, quæ de necando tyranno adferuntur factis firma & plausibilia ad quemlibet tyranni nomine infamem tollendum, minus perspecto & prudenti videri possunt: Verum cum et tyranni vox ignota, affirmante Bodino. plerosq; *inpulit in Errorum & in perniciem multorum Principum armavit, præcipuè imperitam multitudinem affectibus indulgentem, omniaq; in eam partem interpretantem & torquentem, in quam maximè inclinât; et reperiuntur multi qui odium in Magistratus suos conceptum invidiosa hæc Tyranni voce exsaturare cupiunt: Paucisquis propriè tyrannus appellandus, quem jure occidendum concedamus, præmit-*


præmittamus, ut eò tutius & secundum veritatem & conscientiam hæc controversia terminetur, & ne errore decepti de legitimis principibus quod Tyrannis solum convenit, statuamus; simulq; argumenta allata quid probare valent, quidve recusant, ratione examinare possimus.


Tyrannum itaq; proprie appellant Politici, qui Civibus vel subditis invitis in Reip. summam involvavit, non cooptatus à *Bodin. lib. 2. p. cap. 5. Tholos. lib. 26. cap. 7.* principe, non suffragio populi, non jure hæreditario non Sorte, non testamento non justis belli victoria, non singulari Dei vocatone, vel alijs modis acquirendi Principatum legitimis, jure gentium probatis imperium adeptus; sed vi vel fraude regi legitimo in regno potestatem extorsit: vel in optimatum aut Populari statu pro socio Dominum, pro cive principem, se sua unius auctoritate effecit. Hunc tyrannum, etsi vi subactos cives paterna benevolentia prosequatur, & tyrannidis maculam, inde attractam quod scelestas vel violentas manus Libertati Patriæ vel Magistratui suo inferre non veritus fuit, virtutum sequentium splendore eluere, & quod scelerate commisit pietate expiare tentet, hunc dico reip. invasorem reum Divinæ & humanæ majestatis è medio tollendum esse jura cum Divina tum humana statuere unanimi consensu videntur, Dathan, Core & Abiron, quia *Mag. num. c. 16.* Magistratui suo Moysi & Aaroni à Deo ordinatis resistere, & principum *num. c. 12.* usurpare voluerunt, vivi terræ hiatu degluti ad infernum retracti, Mariam murmurantem contra Moysen fratrem, Deus graviter iratus, lepra extemplo perfudit. Adversus ejusmodi Tyrannos & Rerump. invasores leges ab antiquis verisimile est, latæ fuere ut non solum impunè necarentur verum interfectores etiam prudens antiquitas amplissima præmia decrevit, dum hosce laudibus ad cælum usq; evehere conati sunt carminibus celebrantes, & quidem illorum judicio non immeritò, vel quæ obsecro, obstet difficultas, quin talem Reip. hostem omnibus vocibus famem & scelestum, rapinis & cædibus ac omni facinorum genere, ut plerunq; sunt, nobilitatum, tam Privatis quàm Publicis personis tollere liceat? nullus huic subditus dici potest, qui reip. hostis est, nullum in conscientia obligat ad obedientiam

entiam, quia ipsemet fidem & obedientiam & subjectionis violavit: reus majestatis Divinae & humanae, perjurij & omnium scelerum, non solum impunè sed summa cum occidentis laude occidi potest. Si autem de principibus supremae potestatis neminemque; superiorem in temporalibus recognoscentibus necandis: (qui vulgo tyranni indigetantur, non quod imperium per tyrannidem vel injustam invasionem acquisiverint, sed quia potestate, legitimo & laudato modo acquisita in subditos aburuntur, crudeliter illis imperando, nimis exactionibus affligendo, plus justo in civium terga saviendo, vel alia, quae Tyrannorum propria sunt illicita & non laudata agendo,) sermo est: nec singulis civibus nec universis in summi Principis vitam, Dignitatem & famam etiam si omni flagitorum & scelerum infamia notatus esset, moliari vel statuere si vi si Jure, fas & licitum esse nullae ab antiquitate latae leges, nulla scripta, nulla Exempla comprobare possunt, multas easque; firmas ob rationes repugnantes. Quam enim potestatem si magistratus minores si privati in summum Principem, qui non ab eorum pendet Jurisdictione, habere possunt? quid in ejus vitam animadvertere: quid de statu, dignitate, fama, judicio statuere praesumant, à cujus manu, secundum Deum, Omnia Imperia, omnia majestatis jura pendent, quoque; praesente omnium Magistratum & Officiariorum conquiescit imperium? Si nullum Clienti in Patronum, Servo in Dominum jus est; si subditis potestate carentibus principem in judicium vocare non fas est, quo jure vel potius audacia, si à regia via deflexerit, manus violentas intentare liceat? mortis supplicium subire cogunt Imperatoriae leges non solum qui Principem e medio sustulit, & securitatem ejus turbavit, sed etiam quem violandi Principis cogitatio prava ceperit, tamen si in scelus non eruperit secutaque; fuerit poenitentia. Memorabile hac de re apud Petrum Tholesanum cujusdam nobilis Normandiae extat Exemplum; qui cum Franciscum I. regem Gallorum necare se voluisse sodali franciscano poenitentia adductus, religiosè confiteretur; & ab eodem veniam cogitationis minus justè efflagitasset, delatus à fraterculo apud regem, pro reo laesae majestatis,

lib. 26. pol.

cap. 7.





www.books2ebooks.eu